Ill.mum Curlandiæ Ducem in conspectum hoc
in periculo, idest suæ prætensionis in Districtum
Piltensem, quod iterum bene reconductu= Abs
rum esse adinvenit.
Quemadmodum autem pravis ejusmodi interpre=
tationibus, et informationibus Causæ Nobilium
Contradicentium sinceritas in facie Reipublicæ
magis, magisque collustrabatur, pleniorem que
patrocinijs custodiebat; ita quoque Generosa
eorundem Nobilium Piltinensium pectora non
conturbantur ijs iniuriæ verbis, quibus in
prædictæ deductionis probatione Juris Ducalis con=
clusione immorigeri subditi dicuntur ad
sonum vocis Echo; nam in non entis nullæ
sunt qualitates.
Maneant igitur Jura, et Privilegia Nobilitati
Districtus Piltinensis integra, et salva
hac documentorum præmissorum basi
firmissime nixa. Maneat quoque ijsdem
integerrima Fidei in Rempublicam Polonam
fama olim testimonio Illustris Dni Chod
kiewicz comprobata hoc tenore se=
quenti.